



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

V. Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen den Tempelorden und die Stadt Bahn einerseits und die Stadt Schönfließ andererseits über den Neubau eines Kaufhauses in Bahn zum Mitgebrauch der Bürger ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

nonicas et audire divina a proprio Capellano, dummodo vos ac idem Capellanus causam non dederitis interdicto, nec id vobis vel ei contingat specialiter interdicti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ex ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, II. kal. Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale abgedruckt in L. H. v. Werner's gesammelten Nachrichten Bd. I, p. 119.

V. Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen den Tempelorden und die Stadt Bahn einerseits und die Stadt Schönfließ andererseits über den Neubau eines Kaufhauses in Bahn zum Mitgebrauch der Bürger von Schönfließ, am 11. Juni 1296.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landelsberg marchiones, Cum manifesta recognitione ad singulorum noticiam cupimus pervenire, quod inter viros discretos Templariorum ordinis et Cives de Banen ex vna, et nostros cives de Scone-vlith parte ex altera, super stationibus theatri in Banen est sic nobis presentibus contractatum; quod et ipsum Theatrum edificatur magis amplum, ad quam ampliationem dicti nostri cives sex talenta denariorum levium solvent. Habebunt autem nostri predicti de Scowenvlith et nulli alii sex stationes in hoc theatro et de qualibet statione anno quolibet vndecim solidos denariorum levium perfolventur. Dicimus etiam, quod ante consummacionem dicte domus cives de Banen permittent fauorabiliter nostros sepedictos sibi astare in Theatro nunc inibi existente. In horum omnium evidens testimonium prefens scriptum desuper conscribi iussimus, nostrorum sigillorum apensionibus roboratum. Huius rei testes sunt Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenvleth, Hasso, Zuolis et Ludeko de Wedele, Johannes Romolo, milites, et quam plures alii fide digni nostri milites et vasalli. Actum et Datum Königsberg, Anno domini M^o. CC^o. nagesimo sexto, die Barnabe discipuli et apostoli, per manus domini Zacharie notarii.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv XVI, 320.

VI. Markgraf Albrecht belehnt die Gebrüder Betheko und Herbert von Jagow mit der Stadt Zehden, am 10. August 1299.

In Nomine Domini Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus per presentes publice protestantes, quod fidelium nostrorum Bethekonis et Her-